Fragmentarium

recte deſecatur. Nã quicquid in eo concupiſcimuſ
hoc procul dubio proximiſ inuidemuſ; Videtur
& enĩ quod nobiſ deſit quod alter aſſequitur. &
quia ſemper inuidia a bona uoluntate diſcordat;
mox ut hec mente ceperit illa diſcedit. Vnde pre-
dicatoreſ ſancti ut poſſint proximoſ diligere ſtu-
duerunt in hoc ſeclo nil amare, nil umquã appetere,
nil cũ appetitu poſſidere. Quod bene eſayaſ intu-
enſ ait: Qui ſunt iſti qui ut nubeſ uolant, & quaſi
colũbe ad feneſtraſ ſuaſ. Vidit quippe eoſ terrena
deſpicere. mente celeſtib; propinquare. uerbiſ plue-
re, miraculiſ coruſcare, & quoſ a terrenis contagiſ.
ſcĩ predicatio. & ſublimiſ uita ſuſpenderat. hoſ uo-
lanteſ pariter & nubeſ apellat; feneſtre autẽ ſunt
oculi nrĩ. quia per ipſoſ anima reſpicit, q̃e exte-
riuſ concupiſcit. Columba uͦ ſimplex ẽ animal
atq; a malicia felliſ aliena; Quaſi colũbe ergo ad
feneſtraſ ſuaſ ſunt quia nichil in hoc mundo con-
cupiſcunt. quia omnia ſimpliciter aſpiciunt. &
in hoc quod uident rapacitatiſ ſtudio non tra-
huntur. At contra miluuſ & non columba ad feneſtraſ

R.F. BIBLIOTHÈQUE NATIONALE MSS

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2444, 51r – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7kud/3659/37920)